in uerrinis: nam singulo [sine ullo] sumptu nostro coriis [copiis] tunicis frumentoque suppeditato maximos

[yperbaton] exercitus nostros uestiuit, aluit, armauit; nonnulli autem yperbaton putant, ut sit sensus

talis: arma uirumque cano, genus unde latinum albanique patres atque altae moenia romae;

mox illa reuoces: troiae qui primus ab oris: sic enim causa operis declaratur, cur coGentibus

fatis in latium uenerit; Aliud: ideo arma hoc loco proprie dicta accipiunt: primo quod fuerint

uictricia; secundo quod diuina, tertio quod prope semper armis uirum subiungit; ut arma

[Poeticum principium professiuum et inuocatiuum et narratiuum] uirumque ferens, et arma acri facienda uiro; Et est poeticum principium professiuum: arma

uirumque cano; inuocatiuum: musa mihi causas memora; narratiuum: urbs antiqua fuit; et professiuum

siuum quattuor modis sumpsit; A duce: arma uirumque cano; Ab itinere: troiae qui primus ab oris; A

bello: multa quoque et bello passus; A generis successu: genus unde latinum; Uirum autem quem non

[subaud] dicit, sed circumstantiis ostendit aenean; Et bene addidit post arma uirum, quia arma possunt

et aliarum artium instrumenta dici, ut cerealiaque arma; Cano polysemus sermo: tria enim

[Cano polisemus sermo significat: diuino, laudo, canto] significat: aliquando diuino, ut ipsa canas oro; aliquando canto, ut hoc loco, nam proprie canto

significat, quia cantanda sunt carmina; Troiae: troia regio est asiae, ilium ciuitas troiae [infra troiam]; plerumque

tamen usurpant poetae et pro ciuitate uel regionem uel prouinciam ponunt, ut iuuenalis: et flammis

asiam ferroque cadentem; probus ait: troiam grecos et aiax non debere pronuntiari l. scribi;

[Qui primus] Qui primus: quaeritur multi cur aeneam primum ad italiam uenisse dixerit, cum paulo post di

cat antenorem ante aduentum aeneae fundasse ciuitatem; constat quidem, sed habita temporum

ratione perite uirgilius dixit; namque illo tempore quo aeneas ad italiam uenit, finis erat ita

liae usque ad rubiconem [fluuium], cuius rei meminit lucanus: et gallica certus limes ab ausoniis disterm

inat arua colonis; unde apparet antenorem non ad italiam uenisse, sed ad galliam cisalpi

nam in qua uenetia est; postea uero promotis usque ad alpes italiae finibus, nouitas errorem fe

cit errorem; plerique tamen quaestionem hanc uolunt ex sequentibus solui, ut uideatur

ob hoc addidisse uirgilium: ad lauinaque [di] littora, ne significaret et antenorem; melior tamen est su

perior expositio; primus ergo non ante quem nemo, sed post quem nullus: quae cum pri

ma furentem fudit equum m. i. p. u. et is mihi [hic] responsum primus dedit, uel laudat uel primus

ut primam qui legibus urbem f. p. c.; Ab oris: speciem pro genere, nam ora est terrae ge

[Ab oris] neraliter debemus accipere; sane prepositionem mutauit, nam ex oris melius potuit

[Italiam] dicere; Italiam: ars hoc exigit, ut nominibus prouinciarum prepositiones addamus,

ciuitatum numquam; tamen plerumque hoc peruerso ordine lectum est: nam ecce

hoc loco detraxit [prouinciae] prepositionem dicens: italiam uenit pro ad italiam uenit;